



16

**LUDOVICI ROSSII**

HOLSATI

PHIL. DR. IN UNIVERS. ATHEN. PROF.

**INSCRIPTIONUM AMORGINARUM**

P A R S P R I O R.

---

Bibliothèque Maison de l'Orient



163525



# CAROLO HERM. FUNKHAENEL

ACTORUM SOCIET. GRAEC. LIPS. EDITORI

S. P. D.

LUDOVICUS ROSSIUS.

---

Petenti tibi, amicissime Funkhaeneli, ut ad secundum actorum societatis graecae, quae auctore et praeside summo nostro praeceptore Godofredo Hermanno Lipsiae floret, volumen concinnandum ego quoque *ex Academi silvis* aliquam *συμβολήν* mitterem, quum propter plurimas alias rationes ut obtemperarem facili negotio animum induxi, tum vero perquam mihi gratum evenit, ut ea scribendi occasione oblata illius quoque temporis, quod tecum et cum optimis amicis, Ioa. Henrico Neukirchio et Hermanno Sauppio, eadem studiorum ratione coniunctus suaviter quondam Lipsiae transegi, monumentum hoc exsisteret qualecunque. Licet enim ex illo inde tempore unusquisque non solum in alias terras, sed in alia etiam, quamvis inter se communi quadam affinitate coniunctissima, studia abierimus, mansit certe consortii nostri *φιλέλληρος καὶ φιλομούσου* haud iniucunda memoria, quam vel Athenis degentem subinde animo recolere iuvat. Circumspicienti autem mihi, ecquid in penu mea haberem, quod vestris illis actis haud plane indignum iudicaretur, non abs re fore visum est, si ex inscriptionibus *Amorgi* insulae, terrae vel propter Simonidis famam pie colendae, sed ad hanc usque diem prorsus neglectae ignotaeque, titulos aliquot seligerem et quantum per eam, qua hic loci vexamur, subsidiorum litterariorum penuriam licuisset perpolitos et explicatos vobis proponerem.

Noli autem exspectare, mi Funkhaeneli, me iis titulis aliquam de Amorgi situ, historia et antiquitatibus disputationem esse praefixurum: quod quo minus hoc loco faciam gravissimas habeo rationes. Nam quae apud veteres scriptores de ista insula tradita reperiuntur et pauca sunt et vero satis iam nota tritaque; quae autem ex antiquis lapidibus ad illustrandas Amorginorum res civiles divinasque addisci possunt adeo sunt multa et insignia, ut pleniorum Amorginorum collectionem instituendam mihi fore videam antequam satis tute et copiose de illis rebus disputari queat. Cuius consilii mei causas ut tibi quoque persuadeam probemque, prolusionis loco breviter iam narrabo, quando et quam brevi temporis spatio has quas nunc edo aliasque Amorginas inscriptiones colligere mihi contigerit.

Appulimus igitur pridie Non. Sept. sub occasum solis ad Amorgi insulae eum portum, quem hodie τὰ Κατάπολα appellant; idcirco, ni fallor, quod κατὰ τὴν πόλιν situs est. In ipso littore visuntur antiquae *Minoes* rudera; collem a meridie portui imminentem arx occupaverat. Hodiernum autem oppidum tria circiter M pass. a portu abest, in medio montuosae insulae iugo situm. Vix satis diei supererat, ut delubri Apollinis Pythii (inscr. IV. V.) deformia rudera lustraremus et aliquot titulos transcriberemus. Postera luce, quo vitaremus aestivos calores et caetera terrestres viae incommoda, lembo remisque vehimur *Aegialen*, quae a Minoe septentrionem versus quatuor circiter horarum navigatione distat. Aegiales quoque haud paucae supersunt, sed nimium eversae dirutaeque reliquiae; in sacellis autem aediculisque, quae circa oppidum et per vicinum campum dispersae iacent, sat multum titulorum. Hos dum transcribimus, teritur dies, neque usque ad vicinos pagos (τῆς Αἰγιάλης τὰ χωρία) in montibus situs progredi licuit, ubi postmodo comperimus templi Minervae Poliadis vestigia quaedam exstare (inscr. VIII.); sed paene noctu in Catapolorum portum revertimur. Hinc VIII. Idus Sept. in oppidum ascendimus, ubi Amorginorum demarchus, *Demetrius Gauras*, complurium titulorum antigrapha, a fratre olim ludimagistro aliisque confecta, liberaliter mihi transscribenda concessit; alios lapides, ab oppidanis ex Arce-sines vel Minoes ruderibus apportatos, ipse transscripsi: longe autem plures in Aegialensium vicis caeterisque insulae partibus exstare certo comperi. Sed quid facerem? Octo ad minimum dies in insula bene perscrutanda mihi consumendos videbam,

socios autem itineris nihil erat quod hic cum utilitate quadam sua morari posset; et in conspectu erat Thera, ἡ καλλίστη, navigationis satis longae promissus exoptatusque finis. Ne multa, alio posthac tempore Amorgum reverti constitui, tertioque iam die ab adventu nostro Theram vela damus ne salutatis quidem nisi e longinquo *Arcesinēs* reliquiis, quae in promontorio quodam a Minoe meridiem versus sitae esse dicuntur. Ex tribus autem et triginta titulis longioribus brevioribusve, quos illo triduo collegi, vix dimidios nunc publici iuris facio, sperans fore ut reliquorum quoque, qui nunc nimium laceri ac mutili sunt, Amorgum ipse reversus meliora antigrapha nanciscar. Sed iam ad rem veniendum est.

I.

Basis quadrata ex albo marmore; *Catapolis (Minoae)* inter ruinas parvuli templi, quod *Apollinis Pythii delubrum* fuisse testatur titulus quartus cum quinto. Aetatem lapidis, quem sub finem secundi p. Chr. n. saeculi positum esse censeo, praeter litterarum formam prodit Aurelii nomen ab utroque Euodo, et patre (v. 2.) et filio (v. 10.), adoptatum. \*)

ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Μει-  
νογιῶν Ἀὐρ. Εὐόδον

Λεοδίκου βουλευτὴν ἐτεί-  
μησεν τῇ ἀναστάσει τοῦ

5 ἀνδριάντος κατὰ τὸ γενό-  
μενον αὐτῷ ψήφισμα,

ἐπιμελησαμένου τῆς  
κατασκευῆς καὶ ἀναστά-

σεως τῆ ἀνδριάντος

10 Ἀὐρ. Εὐόδου (τοῦ δευτέρου) τοῦ υἱοῦ  
αὐτοῦ, τοῦ τότε βουλάρχου.

μετέσχον δὲ ἑκάτεροι

\*) Cum typi ad ductus litterarum antiquarum recte exprimendos idonei deessent, ipsum inscriptionum textum in lapidem quam accuratissime inscriptum sub finem commentationis inseri curavimus.

καὶ τῆς ἱεροσύνης τοῦ  
 συνεδρίου τῆς βουλῆς  
 15 ψ[ηφίσματι] β[ουλῆς καὶ] δ[ίμου].

Scripturam *Μεινωητῶν*, quae est v. 1, facile Stephano auctore \*) in *Μεινωιτῶν* vel certe in *Μεινωητῶν* mutare sustinuissem, nisi etiam inscriptionis tertiae v. 1. doceremur, hanc veram et genuinam scripturam esse. Videndum igitur, ne forte ipse Stephanus, et si quis alius ex antiquis scriptoribus graecis Minoae in Amorgo mentionem facit, ex his inscriptionibus corrigendi sint; quamquam obscurum est, a qua radice *Μεινόης* nomen sic scriptum derivandum sit.

Quae sequuntur satis plana ac trita sunt, praeter siglum post Euodi filii nomen (v. 10.). Quod siglum noli dubitare quin legendum sit τοῦ δευτέρου (cf. infra n. 4. v. 6.); sed incertum restat, num secundus dicatur, qui in eadem gente eo nomine secundus est, an qui ex eadem gente inter complures fortasse cognomines secundo loco senatorios honores assecutus sit.

## II.

In basi marmorea quadrata, ut praecedens titulus; *ibidem*, prope templum Apollinis.

ἀγα]θῆ τύχη.  
 Ἀντοκ]ρ[ά]το[ρ]α Καίσαρα  
 Μ]άρκο[v] Ἀυρήλιον  
 Ἀντωνεῖνον Εὐσεβῆ  
 5 Σεβαστὸν τὸν γῆς  
 καὶ θαλάσσης  
 δε]σπότην Ὡ Γαῖοι  
 . . . Ἰννιοι Πρῶτεμιος  
 Κο]ναδράτ[ο]ς καὶ Ροῦφος  
 10 οἱ] κρᾶτιστοι ἀδελφοὶ  
 τὸν κτίστην καὶ σωτήρα  
 καὶ εὐεργέ]την.

Res Amorginorum vel certe Minoëtarum sub Antoninis satis florentes fuisse praeter hunc titulum testantur et praecedens et qui proxime sequitur. — V. 8. videtur scribendum esse *Λικ]ίννιοι*;

\*) Steph. Byz. v. Ἀρκεσίγη. Cf. id. v. Ἀμοργὸς et Μινώα.



I.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΜΕΙ  
ΝΟΗΤΩΝΑΥΡ'ΕΥΟΔΟΝ  
ΛΕΟΔΙΚΟΥΒΟΥΛΕΥΤΗΝΕΤΕ  
ΜΗΣΕΝΘΑΝΑΣΤΑΣΕΙΤΟΥ  
5. ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣΚΑΤΑΤΟΓΕΝ  
ΜΕΝΟΝΑΥΤΩΝΥΗΦΙΣΜΑ  
ΕΠΙΜΕΛΗΣΑΜΕΝΟΥΤΗΣ  
ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣΚΑΙΑΝΑΣΤΑ  
ΣΕΩΣΤΟΥΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣ  
10. ΑΥΡ'ΕΥΟΔΟΥ Β ΤΟΥΥΙΟΥ  
ΑΥΤΟΥΤΟΥΤΟΤΕΒΟΥΛΑΡ  
ΜΕΤΕΣΧΑΝΔΕΕΚΑΤΕΡΟ  
ΚΑΙΤΗΣΙΕΡΟΣΥΝΗΣΤΟΥ  
ΣΥΝΕΔΡΙΟΥΤΗΣΒΟΥΛΗΣ

15. γ β δ  
II.

ΑΓΑ]ΘΗΤΥΧΗ  
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΙΑΚΑΙΣΑΡ  
ΜΑΡΚΟ[Ν]ΑΥΡΗΛΙΟΝ  
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΕΥΣΕΒΗ  
5. ΣΕΒΑΣΤΟΝΤΟΝΓΗΣ  
ΚΑΙΘΑΛΑΣΣΗΣ  
ΔΕΣΠΟΤΗΝΓΑΪΟΙ  
...ΙΝΝΙΟΙΠΡΟΤΕΙΔΟΣ  
ΚΟΥΑΔΡΑΤ[Ο]ΣΚΑΙΡΟΥΦΟΣ  
10. ΟΙΚΡΑΤΙΣΤΟΙΑΔΕΛΦΟΙ  
ΤΟΝΚΤΙΣΤΗΝΚΑΙΣΩΤΗΡΑ  
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕ]ΤΗΝ

III.

ΔΙΟΝΥΣΩΜΕΙΝΟΗΤΗΚΑΙ  
ΤΗΓΛΥΚΥΤΑΤΗΠΑΤΡΙΔΙ  
ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑ  
ΜΑΡ'ΑΥΡ'ΚΟΜΜΟΔΩΑΝΤ  
5. ΝΕΙΝΩΣΕΒΑΣΤΩ  
ΕΥΤΥΧΕΙ ΣΥΝΤΥΧΗ  
ΟΥΤΟΑΓΑΛΜΑΤΗΣΤΥΧΗΣ  
ΑΠΟΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝΚΑΙ  
ΟΠΑΤΗΡΑΥΤΗΣΗΓΕ  
10. ΟΧΟΥΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΗΣ  
ΠΕΣΧΕΤΟΚΑΘΙΕ  
ΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΓ.Σ.ΣΤΙ  
ΒΒΕΡΕΝΕΙΚΙΑΝΟΥΣΤΑΣΕΩΣ  
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣΤΗΣΑΝ  
15. ΑΝΤΙΟΧΟΥΤΟΥΕΠΙΓΟΝΟΥ  
ΑΝΔΡΟΣΤΗΣΣΥΝΤΥΧΗΣ

IV.

...ΟΙ  
...ΕΤΑΣ  
ΤΩΝ]ΗΛΡΙΤΟΝΠΥΘΙ  
ΟΝ]ΑΠΟΛΛΩΝΑΚΟΡ  
5. ΔΑΚΩΝ  
ΠΡΟ]ΤΕΙΜΟΝ'Δ'ΘΕΣΕΙΔΕ  
...Ο]ΥΦΙΛΟΣΕΒΑ  
ΣΤΟΝΤΟΝΕ]ΑΥΤΩΝΕΥ  
ΕΡΓΕΤΗΝ]ΧΟΡΗΓΗΣΑΝ  
10. [ΤΑ.....]

IV.a.

ΠΡΟΤΕΙΜΟΣΣΩΣΙΜΑΝΔΡΟΥ

V.

ΜΟΣΓΡΟΣ[ΕΝΟΥΣΕΙΝΑΙΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤ  
ΑΣ]ΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΑΥΤΟ[ΥΣΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣ...Κ  
ΑΙΕΙΝΑΙΑΥΤΟΙΣΕΙΣΓΛΟΥΝΚΑ[ΙΕΜΠΟΛΕΜΩΙΚ]Α[Ι]ΕΝΕ[ΙΡΗΝΗΙ  
ΑΣΥΛΕΙΚΑΙΑΣΓΟΝΔΕΙΚΑΙΓΡΟ[ΞΟΔΟΝΓΡΟΣΤ]ΗΝΒΟΥΛΗ[Ν  
5. ΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΕΑΝΤΟΥΔΕΩΝΤΑΙΓΡΩΤΟΙΣΜΕΤΑΤΑΙ  
ΕΡΑΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΔΕΑΥΤΟΥΣΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙ  
ΑΠΟΔΡΑΧΜΩΝΕΚΑΤΟΝΔΟΥΝΑΙΔΕΚΑΙΕΙΣΘΥΣΙΑΝΚΑΙΣΕ  
ΝΙΑΑΥΤΟΙΣΔΡΑΧΜΑΣΡΕΝΤΗΚΟΝΤΑΑΝΑΚΗΡΥΞΑΙΔΕΚΑΙ  
ΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΚΑΙΤΑΣΤΙΜΑΣΤΑΣΕΦΗΦΙΣΜΕΝΑΣ  
10. ΤΟΙΣΔΙΚΑΣΤΑΙΣΤΟΥΣΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣΤΟΥΣΠΕΡΙΓΑΓΚΡΙΤΟΝ  
ΤΟΙΣΤΕΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΗΡΑΙΟΙΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟ  
ΨΗΦΙΣΜΑΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙΔΕΤΗΣΑΝΑΓΡΑ  
ΦΗΣΤΟΥΣΡΡΥΤΑΝΕΙΣΤΟΥΣΠΕΡΙΑ...ΟΝΕ...ΑΝΗΜ  
...ΗΣΑΙΤΟΥΣΜΕΘΟΙ..

VII.

ΚΡΙΤΟΛΑΟΣ  
ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΟΣ  
ΤΟΝΝΑΘΝΘΕΟΙΣΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ

XI.

ΚΛΕΟΜΑΝΔΡΟΤΟΔΕΣΗΜ  
ΑΤΩΝΕΝΡΟΝΤΩΙΚΙΧΕΜΟΙ  
ΡΑΔΑΚΡΥΟΕΝΔΕΡΟΛΕΙ  
ΡΕΝΘΟΣΕΘΗΚΕΘΑΝΩΝ

XII.

ΕΣΛΟΣΕΩΝΠΟΛΙΙΔΟΣΕΧΕΩ  
ΦΙΛΟΣΥΟΣΟΙΚΟΝΑΜΑΥΡΟΣΑΣ  
ΩΛΕΤΑΩΡΟΣΕΩΝ

XIV.

ΦΙΛΟΘΕΜΙΣ  
ΑΚΕΣΑΝΔΡΟΥ

VI.

ΘΕΟΙΣΔΑΙΜΟΙ  
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ

IX.

ΠΑΡΜΕΝΙΩΝ  
ΤΟΝΠΑΤΕΡΑ

X.

ΛΕΩΝΙΔΗΣ  
ΛΕΩΝΙΑΗ  
ΚΑΙΗΓΥ  
ΙΕΡΑΤΕ  
ΔΙΟ

XIII.

ΚΑΛΙΚΡΑΤΗΣΚΕΙΜΑΙ  
ΤΥΝΒΩΤΟΥΤΩΠΑ  
ΡΟΔΕΙΤΑΠΕΝΤΗΚΟΝ  
ΤΑΕΝΑΖΗΣΑΣΣΕ  
5. ΜΝΩΣΛΥΚΑΒΑΝ  
ΤΑΣ  
ΧΑΙΡΟΙΣΠΑΡΟΔΕΙΤΑ

XV.

ΗΡΑΙΕΝΘΑΔΕΚΕ[Ι  
ΜΑΕΤΩΝΣΕΝΕ  
ΠΕΙΤΑΚΙΣΕΠΤΑ  
ΛΙΘΠΑΡΑΙΝΩΣΥΝ..  
5. ΤΑΚΕΜΗΚΑΙΕ  
ΜΟΝΩΝΓΑΡΜΙΤΟΣ  
ΠΑΤΑΣΚΑΛΕΙ

VIII.

ΕΔ'ΞΕΝΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤ'ΙΔΗΜ'Ι  
...ΗΡΙΔΗΣΦΕΙΔΙ'ΕΚ'ΣΥΛΛΙΤΗΣ  
ΕΡΕ]ΣΤΑΤΕΙΦΕΙΔ'ΞΕΝ'ΟΣΦΙΛ'Ο'ΕΜΙ'ΟΣ  
...ΣΙΤΗΣΕΙΡΕΝΕΡΕΙΔΗΡΕΙΡΑΤ'ΑΝΕΙΣ  
5. ΤΗΝΧ'ΑΡΑΝΕΜΒΑΛ'ΟΝΤ'ΑΝΝΥΚΤ'ΟΣΚΑΙ  
Α]Λ'ΟΥΣ'ΑΝΓΑΡ'ΕΝ'ΑΝΤΕΚΑΙΓΥΝΑΙΚ'ΑΝ  
ΚΑΙΑΛΛ'ΑΝΣ'ΑΜΑΤ'ΑΝΚΑΙΕΛΕΥ'ΕΡ'ΑΝΚΑΙΔ'Ο'  
Λ'ΑΝΤ'ΑΜΡΑΝΤ'ΑΝΠΛΕΙ'ΟΝ'ΑΝΗΤΡΙΑΚ'ΟΝΤΑ  
ΕΤΙΕΡΙΤ'ΟΥΛΙΜΕΝ'ΟΣΡ'ΛΟΙΑΕΞ'ΕΚ'Ο'Ψ'ΑΝ  
10. Κ]ΑΙΕΛΑΒ'ΟΝΤ'ΟΡ'Λ'Ο'ΝΤ'ΟΔ'ΑΡΙ'Ε'ΟΣΕΝ'Α'  
ΕΤΥ]Χ'ΟΝΤΕΧ'ΟΝΤΕΣΤΑΤΕΣ'ΑΜΑΤΑΚΑΙΤΑ  
ΑΛΛΑΕΛΑΒ'ΟΝΤ'ΟΥΤ'ΑΝΔΕΣΥΜΒΑΝΤ'ΑΝ  
ΗΓΗΣΙΡΡ'ΟΣΚΑΙΑΝΤΙΠΑΡΡ'ΟΣ'Ο'Υ'Ι'Ο'Ι  
ΗΓΗΣΙΣΤΡΑΤ'ΟΥΝΤΕΣΚΑΙΑΥΤ'Ο'Ι'ΑΙΧΜ  
15. ΑΛ'ΑΤ'Ο'ΙΣΥΝΕΡΕΙΣΑΝΤ'ΟΝΕΡΙΤ'ΑΝΡΕΙ  
ΡΑΤ'ΑΝΕΡΙΓΛΕ'ΟΝΤΑΣ'ΑΚΛΕΙΔΑΝΑΡ'Ο'  
ΛΥΣΑΙΤΑΤΕΕΛΕΥ'ΕΡΑΣ'ΑΜΑΤΑΚΑΙΤΙΝΑ  
Τ'ΑΝΕΞΕΛΕΥ'ΕΡ'ΑΝΚΑΙΤ'ΑΝΔ'ΟΥΛ'ΑΝ  
ΑΥ]Τ'Ο'ΙΔΕΥΓΕΡΤ'ΟΥΤ'ΑΝΡ'Ο'ΗΙΡΗΝΤΑΙ  
20. Ο]Μ'ΗΡΕΥΕΙΝΕΝΔΕΙΚΝΥΜΕΝ'Ο'ΓΑΣΑΝ  
ΦΙ]Λ'Ο'ΤΙΜΙΑΝ'Ο'Ρ'ΑΣΜΗΤΕΤ'ΑΜΡ'Ο'ΛΙΤ'ΙΔ'Α'  
ΜΗΤΕΤ'ΑΜΡ'Ο'ΛΙΤ'ΑΝΜΗ'ΕΙΣΑΧ'Ο'ΕΙΕΡΙ  
Τ]Ο'ΛΑΦΥΡ'ΟΝΜΗΔΕΡΡΑ'ΕΙΜΗΔΕΕΝΑ  
ΝΑΓΚΑΙΣΚΑΙΚΑΚ'Ο'Ρ'Α'Ο'ΙΑΙΣΓΕΝΗΤΑΙ  
25. ΜΗΔΕΔΙΑΦ'ΑΝΗΣΕΙΣ'ΑΜΑΜΗ'Ο'ΕΝΡ'Ο'  
ΛΙΤΙΚ'ΟΝΑΛΛΑΔΙΑΤ'ΟΥΣΔΕΞΕΞ'ΑΙΣΤΑΙ  
ΤΑΑΙΧΜΑΛ'ΑΤΑΣ'ΑΜΑΤΑΕΙΣΤΗΝ  
...ΙΑΝΑΓΑ'Ο'ΗΔ'Ε'Ο'Χ'ΑΙΤ'Α'ΙΔΗ  
ΜΑΙΣΤΕΦΑΝ'ΑΣΑΙΗΓΗΣΙΡΡ'ΟΝΚΑΙ  
30. ΑΝΤΙΠΑΡΡ'ΟΝΕΚΑΤΕΡ'Ο'Ν'ΑΛΛ'ΟΥΣΤΕ  
Φ]ΑΝ'Α'ΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΦΙΛ'Ο'ΤΙΜΙ  
Α]ΣΗΝΤΥΓΧΑΝ'ΟΥΣΙΝΡΕΡ'Ο'ΙΗΜΕΝ'Ο'Ι  
ΕΙΣ]Τ'ΟΥΣΓΕΝ'ΟΜΕΝ'ΟΥΣΤ'ΑΝΡ'Ο'ΛΙΤ'ΑΝ  
ΑΙ]ΧΜΑΛ'ΑΤ'ΟΥΣΑΝΕΙΡΕΙΝΔΕΤ'Ο'ΔΕΤ'Ο'ΨΗ  
35. ΦΙΣΜΑΔΙ'ΟΝΥΣΙ'Ο'ΙΣΕΝΤ'Α'ΙΑΓ'ΑΝΙΤ'ΑΝ  
ΤΡ]ΑΓ'Α'ΙΔ'Α'Ν'Ο'ΔΕΚΗΡΥΞΑΝΑΓ'Ο'ΡΕΥΕ  
Τ]Α'Ο'ΤΙ'Ο'ΔΗΜ'ΟΣΣΤΕΦΑΝ'Ο'ΙΗΓΗΣΙΡΡ'ΟΝ  
ΚΑΙΑΝΤΙΠΑΡΡ'ΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕ  
ΚΕΝΚΑΙΦΙΛ'Ο'ΤΙΜΙΑΣΤΗΣΕΙΣΤ'ΟΥΣ  
40. Α]Λ'ΟΝΤΑΣΜΕ'ΑΥΤ'ΑΝΑΝΑΓΡΑ[ΨΑΙ  
ΔΕΤ'Ο'ΔΕΤ'Ο'ΨΗΦΙΣΜΑΕΙΣΤΗΛΗΝΚ[ΑΙ  
Σ]ΤΗΣΑΙΕΙΣΤ'Ο'ΙΕΡ'ΟΝΤΗΣΑ'Ο'ΗΝΑΣΤΗ[Σ  
Ρ'Ο'ΛΙΑΔ'ΟΣΤΗΣΔΕΑΝΑΓΡΑΦΗΣΕΡΙΜ  
ΕΛΗ'Ο'ΗΝΑΙΗΓΗΣΙΣΤΡΑΤ'ΟΝ





sed possis etiam suspicari Ἐρέ]ννοι. Protimorum autem gentem inter Amorginas familias vel maxime insignem fuisse demonstrat frequens huius nominis mentio (cf. n. IV et IV<sup>a</sup>). — Post v. 12. sequebatur fortasse unus adhuc versus: τῆς πατρίδος, vel simile quid; sed extrema marmoris pars terra et ruderibus erat cooperta.

### III.

Marmor quadratum, *ibidem*, in domo Limenarchae. Vocabulum Εὐσεβεῖ in fine versus 5. dedita opera est deletum, sed ita ut legi etiamnum possit.

- Διονύσῳ Μεινοήτῃ καὶ  
τῇ γλυκνιάτῃ πατρίδι  
καὶ Ἀυτοκράτορι Καίσαρι  
Μαρ. Ἀῦρ. Κοιμιάδῳ Ἀνω-  
5 νεῖνῳ Σεβαστῷ (Εὐσεβεῖ)  
Εὐτυχεῖ — Συντύχῃ Ἡγέ-  
ου τὸ ἄγαλμα τῆς Τύχης  
ἀποκατέστησεν καθὼς  
ὁ πατὴρ αὐτῆς Ἡγέας Ἀντι-  
10 ὄχου στεφανηφορήσας ὑ-  
πέσχετο. — καθιερώθη ἐ-  
πὶ ἄρχοντος Γ. Σετυλίου  
Βερενικιανοῦ.  
ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναστάσεως  
15 Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιγόνου,  
ἀνδρὸς τῆς Συντύχης.

*Dionysus Minoëtes* s. Minoëta, qui v. 1. occurrit, aliunde haud notus est; cognomen autem a loco, ubi colebatur, inditum, quemadmodum memoratur Dionysus Ἐλευθερεὺς, Μηθυμαῖος cett. Delubrum eius fuisse putaverim ducentis fere passibus a fano Apollinis orientem versus, ubi intra vineam grandia quaedam marmora, quae ad templi crepidinem pertinuisse viderentur, nuper effossa fuerant.

V. 7. *Fortuna* (Τύχη), cuius statuam ab Hegea Anticchi f. votam, a Syntyche Hegeae f. erectam hic titulus memoriae prodidit, colebatur etiam in Pholegandro insula. Vid. C. I. G. II. n. 2446, qui titulus etiamnum Pholegandri superstes est. Suspiciari autem

possis, Fortunae quoque simulacrum positum fuisse in aede Dionysi, nisi inscriptione sexta probabile redderetur, exstitisse apud Minoëtas aliud quoddam *deorum geniorum delubrum*, quibus Fortunam nostram adnumerare licebit. — Maritus Syntyches est (v. 15.) Antiochus Epigoni f. Ad eandem nobilem divitemque gentem pertinere crediderim quendam *Ἐπίγονον Ἀντιόχου*, qui memoratur in fragmento vehementer mutilato in sacello D. Michaelis (*τοῦ Ἀσωμάτου*) apud Aegialenses.

IV.

In basi marmorea quadrata, sed admodum mutilata; *ibidem*, inter rudera aedis *Apollinis Pythii*.

. . . . .

στα[ὶ

τῶν πε]ρὶ τὸν Πύθι-  
ον Ἀπόλλωνα κορ-  
5 δάκων

Πρότεμον (τὸν τέταρτον) θέσει δὲ  
. . . . . ο]ν φιλοσέβα-  
στον τὸν ἐ]αυτῶν εὐ-  
εργέτην] χορηγήσαν-  
10 τα] . . . . .

In primo versu quid fuerit non assequor; in secundo pos-  
sis suspicari: ὀρχη]στα[ὶ vel χορδακι]στα[ί; certe enim quo-  
vis modo in litteris *ETAE* errasse mihi videor, et rescriben-  
dum erit *ETAI*. De cultu Apollinis Pythii apud insulanos  
graecos dixi nuper in prolusione academica: *ἀρχαιολογία τῆς*  
*νήσου Σικίνου*, quae praefixa est indici scholarum universitatis  
Othoniae per semestre hibernum 18 $\frac{3}{8}$  habendarum, p. 11. 12.  
Hoc autem, in quo reperta est inscriptio, templum Apollinis  
esse testatur proximus quoque titulus (n. V.). In Dianae hono-  
rem cordaces saltari solitos, unde ipsa etiam dea apud Eleos  
*Κόρδακος* cognomen acceperat, auctor est Pausanias VI. 22, 1;  
sed etiam ad Apollinem idem saltationis genus pertinuisse hoc  
primum, ni fallor, titulo docemur. Choreutis autem, qui cor-  
dacem saltaverant, sumptus praebuerat (v. 9. *χορηγήσαντα*)  
Protimus, qui *quartus* designatur, sive quod, ut supra monui-  
mus, eius nominis in eadem gente quartus esset, seu quod quar-

tus foret eorum Protimorum, qui senatorios gessissent honores (vid. ad n. I.). Hic vero Protimus adoptatus fuerat ab alio quodam cive, cuius nomen in lacuna versus septimi intercidit. Ni maior litterarum numerus obstaret, supplerem [*Σωσιμάνδρου*], ex titulo sepulcrali, quem IV<sup>a</sup>. designabimus, sub anaglypho male habito, in aedibus Demetrii Gaurae in hodierno Amorginorum oppido:

IV<sup>a</sup>.

*Πρότεμος Σωσιμάνδρου.*

Versu denique 10. post v. *χορηγήσαντα* deesse aliquid videtur, velut: *λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως*, seu rectius secundum orthographiam illius aetatis, *φιλοτείμως*.

V.

*Catapolis (Minoae)*, in marmore oblongo, quod inaedificatum est in muro horrei Antonii Zani, ad littus maris. Lapis pertinuisse videtur ad aliquam antam templi Apollinis: quam consuetudinem titulos in antis templorum exarandi, memoratam a Polybio XII. 12, 2, praepimis in insulis graecis obtinuisse monui in *diario artium* (Kunstblatt) 1836. n. 13. p. 50. Exemplis, quae ibi attuli, desumptis illis a templo Pythii Apollinis apud Carthaeenses et a templo Aesculapii in Paro insula, tertio iam loco accedit hic titulus. Sed obiter moneo, reperisse me etiam in *Io* insula marmor quadratum de aliqua anta templi Apollinis Pythii, tribus proxeniae decretis insignitum. Adde denique quintum exemplum inscriptionis in anta agoranomii apud Astypalaeenses exaratae, in C. I. G. II. n. 2483. v. 24. *ἐς τὰν φλιὰν τοῦ ἀγορανομίου.*

- . . . . . προ[ξένους εἶναι καὶ εὐεργέ-  
 τας] τοῦ δήμου καὶ αὐτο[ὺς καὶ ἐγγόνους . . . . .  
 καὶ εἶναι αὐτοῖς εἰσπλοῦν κα[ὶ ἐμ πολέμῳ κ]α[ὶ] ἐν ἐ[ιρήνῃ  
 ἀστυλὴ καὶ ἀσπονδὴ, καὶ πρό[σοδον πρὸς τ]ὴν βουλή[ν  
 5 καὶ τὸν δήμον ἐάν του δέωνται πρώτοις μετὰ τὰ ἱ-  
 ερά· στεφανῶσαι δὲ αὐτοὺς χρυσῶ στεφάνῳ  
 ἀπὸ δραχμῶν ἑκατόν· δοῦναι δὲ καὶ εἰς θυσίαν καὶ ξέ-  
 νια αὐτοῖς δραχμὰς πενήκοντα· ἀνακηρῶσαι δὲ καὶ  
 τὸν στέφανον καὶ τὰς τιμὰς τὰς ἐψηφισμένας  
 10 τοῖς δικασταῖς τοὺς στρατηγούς τοὺς περὶ Πάγκριτον  
 τοῖς τε Διονυσίοις καὶ τοῖς Ἑρμαιοῖς· ἀναγράψαι δὲ τότε τὸ

ψήφισμα εἰς τὸ ἱερόν τοῦ Ἀπόλλωνος· ἐπιμεληθῆναι δὲ τῆς  
 ἀναγρα-  
 φῆς τοὺς πρυτάνεις τοὺς περὶ Ἀ . . . . . ον . . . . .  
 . . . . . ἦσαι τοὺς [ν]ε[ω]ποι[ο]ύς? . . . . .

Plebiscitum (Minoëtarum, ut videtur), quo iudicibus quibusdam (v. 10. τοῖς δικασταῖς) proxeniae ius et corona aurea cum aliis honoribus decernuntur. Eos autem iudices non Amorginos, ex reliquis insulae oppidis, sed prorsus peregrinos fuisse patet ex v. 3, ubi iis belli pacisque tempore libera in Minoën navigatio promittitur. Missi, credo, fuerant ab alia quadam civitate vel insula, quae cum Minoëtis foedere coniuncta esset, ad diiudicandas communes sociorum causas, eoque officio honeste et integre defuncti a Minoëtis meritis honoribus afficiuntur. Similis argumenti decretum perquam memorabile exstat Megaris, quo Orchomenii iudices quosdam Megarenses eo tempore, quo Megarenses Boeotici foederis participes fuere (cf. Polyb. XX. 6.), ad se missos summis laudibus prosequuntur: quem titulum mox cum plurimis aliis in secundo fasciculo inscriptionum mearum graecarum editum iri spondeo. Sed revertimur iam ad hanc, quam nunc tractamus, inscriptionem. Versu decimo habemus τοὺς στρατηγούς τοὺς περὶ Πάγκριον, et v. 13. τοὺς πρυτάνεις τοὺς περὶ Ἀ . . . . . ον, eodem circumlocutionis genere, quo etiam Sicinetae in plebiscitis suis utebantur (vid. Praef. ind. schol. Athen. 18<sup>3</sup>/<sub>3</sub>. p. 11.). Praeter autem praetores et prytanes alii etiam magistratus memorari videntur v. 14: fortasse νεωποιοὶ s. templi curatores, quemadmodum in titulis Parisiis in C. I. G. II. n. 2391 — 96. Ex versu denique 11. discimus, Iunonis quoque delubrum fuisse Minoae, vel certe ludos in Iunonis honorem celebrari solitos.

VI.

Marmor oblongum, *ibidem*, in aedícula beatæ Virginis Centiportæ (Παναγίας Ἐκατονταπυλιανῆς), prope rudera templi Apollinis.

Θεοῖς δαίμοσι  
 Ἐπαφρόδειτο[ς].

Inter Θεοὺς δαίμονας, ut supra iam monuimus, probabile est etiam Fortunam comprehendi, ad cuius signum a Syntyche

Hegeae f. positum pertinet titulus tertius. Elide certe Fortuna commune habuit delubrum cum Sosipolide, qui ἐπιχώριος Eleorum genius vocatur (Paus. VI. 25, 4. coll. ib. 20, 2.); Thebis celebratissimum fuit signum Fortunae Plutum puerum in sinu gestantis (id. IX. 16, 1.); Lebadeae denique ad antrum Trophonii in eodem fano colebantur Bonus Genius et Bona Fortuna (id. ib. 39, 4.). Aedicula autem b. Virginis fortasse exstructa est in fundamentis huius sacelli θεῶν δαιμόνων.

### VII.

In ruderibus *Aegiales* urbis, supra portam aediculae b. Virginis, prope reliquias antiqui alicuius delubri, ad quod ipsum hic titulus pertinere videtur.

Κριτόλαος  
Ἀλκιμέδοντος  
τὸν καὶ θεοῖς καὶ τῷ δήμῳ.

Fortasse fuit templum omnium deorum commune.

### VIII.

Hunc titulum non ipse transscripsi, sed antigraphum ab Aegialensium paredro diligentissime confectum per Demetrium Gauram Amorginorum demarchum accepi. Exstare autem lapis dicitur εἰς τῆς Αἰγιάλης τὰ χωρία, prope rudera *templi Minervae Poliadis*.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ·  
Σωτηριδῆς (?) Φεΐδιος Κοσυλλίτης  
ἐπεσάτει, Φειδόξενος Φιλοθέμιος  
Νησίτης (?) εἶπεν· ἐπειδὴ πειρατῶν εἰς  
5 τὴν χώραν ἐμβαλόντων νυκτὸς καὶ  
ἀλουσῶν παρθένων τε καὶ γυναικῶν  
καὶ ἄλλων σωμάτων καὶ ἐλευθέρων καὶ δού-  
λων τῶν πάντων πλειόνων ἢ τριάκοντα·  
ἔτι ἐπὶ τοῦ λυμένου πλοῖα ἐξέκοψαν  
10 καὶ ἔλαβον τὸ πλοῖον τὸ Δωριέος ἐν ᾧ  
ἔτυχόν τ' ἔχοντες τὰ τε σώματα καὶ τὰ  
ἄλλα ἃ ἔλαβον· τούτων δὲ συμβάντων  
Ἡγήσιππος καὶ Ἀντίπαππος οἱ υἱοὶ

- Ἡγησιστράτου, ὄντες καὶ αὐτοὶ αἰχμάλωτοι, συνέπεισαν τὸν ἐπὶ τῶν πειρατῶν ἐπιπλέοντα Σωκλείδαν ἀπολύσαι τὰ τε ἐλεύθερα σώματα καὶ τινὰ τῶν ἐξελευθέντων καὶ τῶν δούλων· αὐτοὶ δὲ ὑπὲρ τούτων προήρηνται
- 15  
20  
25  
30  
35  
40
- δη]ρεύειν, ἐνδεικνύμενοι πᾶσαν φιλοτιμίαν ὅπως μῆτε τῶμ πολιτῶν μῆτε τῶμ πολιτῶν μηθεὶς ἀχθῆ ἢ ἐπὶ τ]ὸ λάφυρον, μηδὲ πραθῆ, μηδὲ ἐν ἀνάγκαις καὶ κακοπαθείαις γένηται, μηδὲ διαφωνήσῃ σώμα μηθὲν πολιτικόν, ἀλλὰ διὰ τούσδε σέσφσται τὰ αἰχμάλωτα σώματα εἰς τὴν οἰκείαν ἀπαθῆ· δεδόχθαι τῷ δήμῳ στεφανῶσαι Ἡγήσιππον καὶ Ἀντίπαππον ἐκάτερον θαλλοῦ στεφανῶν ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ φιλοτιμίας ἣν τυγχάνουσιν πεποιημένοι εἰς] τοὺς γενομένους τῶν πολιτῶν αἰ]χμαλώτους· ἀνειπεῖν δὲ τόδε τὸ ψήφισμα Διονυσίοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν τραγωδῶν· ὁ δὲ κήρυξ ἀναγορευέτω ὅτι ὁ δῆμος στεφανοῖ Ἡγήσιππον καὶ Ἀντίπαππον ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ φιλοτιμίας τῆς εἰς τοὺς ἀ]λόντας με[τ'] αὐτῶν· ἀναγρά[ψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα εἰς στήλην καὶ σ]τῆσαι εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆ[ς] Πολιάδος· τῆς δὲ ἀναγραφῆς ἐπιμεληθῆναι Ἡγησίστρατον.

Plebiscitum haud dubie *Aegialensium*, aut *Μιλησίων τῶν Ἀμοργῶν Αἰγιάλην κατοικούντων* (qui praeter C. I. G. II. n. 2264. memorantur etiam in alio titulo inedito); decernuntur autem honores Hegesippo et Antipappo, quod civibus e piratarum captivitate liberandis bene de républica meruissent. Similimi argumenti est decretum Syriorum de honoribus in Onesandrum Siphnium conferendis, olim a me ipso in *Iahnii Archiv f. Philol. u. Paedag.* vol. I. fasc. 2. p. 197 sqq., melius autem a

summo talium rerum iudice *Aug. Boeckhio* in C. I. G. II. n. 2347. c. editum. Uterque titulus clarissime demonstrat, quam infestum proximis a. Chr. n. saeculis mare Aegaeum fuerit a piratis. Etiam si enim de Syria inscriptione et de alia quadam Tenia (ib. n. 2335. v. 8.) Boeckhio assentiendum esse video \*), qui propter nimiam loquendi prolixitatem et plurima menda orthographica utramque ad piratarum incursiones postmodo a Magno Pompeio compressas referendam esse putat: huic tamen Amorgino decreto quominus eandem aetatem assignemus vetant praeter limatius dicendi genus inprimis antiquioris orthographiae haud spernenda vestigia (e. gr. iota subscriptum ubivis additum; v. 8. τῶμ πάντων; v. 21. τῶμ πολιίδων; v. 10. Δωριέος; v. 22. et 23. ἀχθῆϊ et πρᾶθῆϊ, cett.). Quod si litterarum quoque forma, in antigrafo ceteris in rebus satis diligenter facta, fideliter expressa est, non dubito quin hic titulus ad Achaici foederis tempora sive ad finem tertii vel ad principium secundi a. Chr. n. saeculi pertineat. Namque ne Macedonum quidem aetate neque Achaici foederis temporibus piratas in Aegeo mari defuisse satis luculento testimonio (ut alia taceam) comicorum sunt reliquiae, Plautique et Terentii fabulae superstites. Sed videamus iam singula.

V. 2. haud improbabiler supplevi Σωτηρίδης. Genitivus Φεΐδιος in eodem versu est a nominativo Φεΐδης, ut Φιλοθέμιος v. 3. a Φιλόθεμις, et Θεοθέμιος in titulo Theraeo inedito a Θεόθεμις. Soterides autem est Κοσυλλότης, quod est haud dubie nomen demoticum, quemadmodum . . σιτης (fort. Νησίτης, a parvulis insulis Amorgo proxime adiacentibus) in v. quarto. Huiusmodi demotica reperiuntur in plurimis insularum civitatibus, v. c. Ναξίτης in decreto Syrio supra laudato, Ὑλιχίδης in titulo quodam Ceo, ex Iulide, quem nuper in *diar. archaeol. Halensi* edidi, cett. — In iis quae proxime sequuntur nota anacoluthon: ἐπειδὴ πειρατῶν ἐμβαλόντων — — — ἔτι ἐξέκοψαν cett.; sed talia anacolutha in psephismatis graecis tritissima esse nemo est quin noverit. — V. 11. offendimur in particula τ' (τε) post ἔτυχον: sed ab optimo apographo non temere discedendum esse putamus. — V. 20. vix aliud supplementum locum habebit quam δμ]ηρέειν, quod dedimus. —

\*) Quamquam in Tenio lapide litterarum ea est forma, quae Pompeiana etiam aetate recentior haberi possit.

V. 25. in διαφωνήσῃ habemus verbum διαφωνέω rariore significatu *intercidendi* vel *pereundi*, quem Stephani thesaurus illustrat (cf. etiam Diod. Sic. XVI. 3. extr. et Interpp. ad Hesych. v. διαφωνεῖν). Verbum σφίζω (v. 26. σέσφσαι) et caetera omnia a radice σφῶσ derivata vocabula, velut Σφικλῆς, Σφίσανδρος cett., in antiquioribus lapidibus tantum non semper cum iota παραγεγραμμένῃ scribi solita satis iam notum est. — In reliquis nihil est quod observemus, nisi quod μεθ' αὐτῶν (v. 40.) scriptum est pro μετ' αὐτῶν, usu satis trito in antiquis inscriptionibus, de quo dixit Boeckhius l. l. p. 278. Exemplis ibi allatis adde (ex titulo Amorgino inedito) καθιδόντες, et ex hodierna graecitate, quae plurima id genus usurpat, quotidiana ista ἐφ' ἔτος, μεθ' αὐρίων cett. — De templo Minervae Poliadis quae fando accepimus supra dicta sunt. Curam autem decreti in lapide exarandi, ut fieri solet, pater eorum, qui a populo honorantur, in se recipit.

IX.

Prope Aegialen; *ibidem*, ubi proximus titulus.

Παρμενίων  
τὸν πατέρα.

Basis videtur esse, supposita statuae, fortasse Dionyso Aegialiensi dedicatae. Cf. inscriptionem quae proxime sequitur.

X.

In aedicula semirutata b. Virginis (ἴσ τὴν Παναγίαν τὴν κρονομένην), inter rudera Aegiales et vicum Tholaria.

Λεωνίδης [τοῦ δέινα  
Λεωνία . . . . .  
καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ  
ἔρατε[ύσαντες  
Διο[γύσφ.

Ad dextram satis multum deesse demonstrant supplementa versus 4. et 5, quae extra dubitationem posita sunt. In primo igitur versu post Λεωνίδης patronymicum excidisse putandum est; sed de secundo versu quid faciam nescio, nisi forte in

*Λεωνία* . . . . . demi vel tribus eponymon latet. Reliqua facile suppleuntur. Docet autem hic titulus, *Dionysum* etiam *apud Aegialenses delubrum* habuisse; fortasse in eo ipso loco, in colle vinetis consito, ubi titulum reperimus.

XI.

In *Arcesines* rudibus, quae memet ipsum non adisse supra professus sum, reperti esse dicuntur hic et proximus titulus, quorum antigrapha a Demetrio Gaura accepi.

*Κλευμάνδρου τόδε σῆμα τὸ[ν] ἐν πόντῳ κίχῃ Μοῖρα·  
δακρυόεν δὲ πόλει πένθος ἔθηκε θανών.*

In versu primo metrum postulat *Κλευμάνδρου*, forma Ionica, quemadmodum *Κλευκρίτη* est in lapide Siphnio inedito, *Θευγένης* vero et *Θευγείτων* in inscriptionibus Atticis.

XII.

*Ibidem*; vide lemma praecedentis tituli.

*Ἐσλὸς ἐὼν Πολ[ύ]ιδος Ἐχέ[μυ]ω[νος] φίλος ὑὸς  
οἶκον ἀμανρω[ώ]σας ὄλει ἄωρος ἐὼν.*

*Πολύιδος* quin legendum sit, quemadmodum reposui, dubitari vix potest. Incertior res est de patris nomine; sed nisi ab antigraphi vestigiis nimis longe recedere velis, vix aliud occurret quam *Ἐχέμμων*. Quod si in lapide simplici tantum littera *M* scriptum fuisse statuas, quae a legentibus demum metri caussa pronuntiando duplicaretur, nihil mirum erit eum, qui titulum transscripsit, unam hancce litterulam praeteriisse.

XIII.

*Amorgi*, in hodierno oppido; lapis e *Minoes* rudibus allatus esse credebatur. Litterarum forma est alterius p. Chr. n. saeculi.

*Καλ[λ]ικράτης κείμει τύνβῳ τούτῳ, παροδεῖτα,  
πεντήκοντα ἔνα ζήσας σεμνῶς λυκάβαντας.  
χαίροις, παροδεῖτα.*

XIV.

Prope *Aegialen*, in sacello *Παναγίας κροουμένης* (vid. lemma n. 10.). Titulus sepulcralis.

Φιλόθεμις  
Ἀλεσάνδρου.

Philothemin verisimile est ex eadem gente esse, ex qua est Philothemis Phidoxeni pater n. 8. v. 3.

XV.

Prope *Minoen*, ad aediculam D. Georgii.

Ἡράϊς ἐνθάδε κεῖμαι, ἐτῶν, ξένη, πεντάκις ἐπτά·  
[κα]ὶ σοὶ παραίνῳ, συν[οδῖ]τα, μὴ με κλαῖε· Μοι-  
ρῶν γὰρ μίτος πάντας καλεῖ.

Primum versum hexametrum esse facile patet; in reliquis autem constituendis nolui ipse quidquam audere, sed haec artis peritioribus in metri formam redigenda relinquo.

---

Habes, mi Funkhaeneli, quam me daturum esse sponde-  
ram Amorginarum inscriptionum particulam, tanquam ἀπαρχὴν  
quandam laetioris et uberioris messis, quam e proximo meo in  
inexploratam istam insulam itinere me reportaturum spero.  
Interea vero, si libet, haec qualiacunque sunt cum illustrissimo  
societatis graecae praeside et cum eruditissimis sociis communica,  
meque, quod semper fecisti, amare perge. Vale.

---